

℣. Oráte pro nobis beáti Domínice et Gregóri, allelúia.
 ℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi, allelúia.

Oratio.

DEUS, cujus misericórdiæ non est númerus, te humlíter deprecámur : ut, intercedéntibus beáteis Domínico et Gregórió Confessoribus tuis, a peccatórum nostrórum pón-dere subdúcti ⁊ glóriam ab ipsis obténtam assequámur : Per.

AD II. VESPERAS.

Omnia ut ad ij. Vesperas unius Confessoris Tempore Paschali, præter hic notanda.

Capitulum Sancti per fidem., ℣. Oráte pro nobis., et Oratio Deus, cujus misericórdiæ., ut supra in j. Vesperis.

✠ Si hoc Festum post Tempus Paschale transferatur, in utrisque Vesperis dicatur Hymnus Iste Confessor.; ℣. Oráte pro nobis beáti Domínice et Gregóri. ℞. Ut digni...; Oratio Deus, cujus misericórdiæ. Reliqua ut in Festo sanctorum Ordinis Servorum B. Mariæ Fundatorum, die xvij. Februarii.

DIE XXVIII. APRILIS.

S. PAULI A CRUCE CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui ad mystérium crucis prædicándum sanctum Paulum singulári caritate donásti ⁊ et per eum novam in Ecclesia familiam floréscere voluísti : ipsius nobis intercessióne concéde ut Passiónem tuam júgiter recoléntes in terris ⁊ ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cælis : Qui vivis.

In j. Vesperis Memoria S. Vitalis Martyris.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut, intercedénte beáto Vitale Mártire tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore ⁊ et a pravis cogitationibus mundémur in mente : Per.